

vale^(a), vir optime, et patri meo me recommenda. per Petrum-paulum Vergerium Faciatum^(b) (1) tuum. quarto kalendas iunii^(c).

XIII.

IL MEDESIMO AL MEDESIMO.

5 [B, c. 26 B; P, c. 24; C, c. 270; Gu, n. 15].

Notissimo physico domino Ugoni de Ferrara
oratori precipuo ibidem detur^(d).

DEPREHENDI nunc ego, incauto te monstrante, viam per quam securus invadam, et inermem locum quo certus te percutiam, cum germano tuo nuperrime scriberes te litterarum mearum multitudinis mole oppressum vix hiscere. hinc, hinc stimulandus es, hinc feriendus, unde vulneris locus patet. litteras meas fastidisti? geminabo fastidium, tedium superaddam et litteras inculcabo, ac si quis michi dies superfluet, hora vel athomus^(e), in
15 scribendo tibi consumam, imo et necessarios dies, quibus bonis studiis intendendum esset^(f), michi subripiam atque, si id facere potero, dormiens non cessabo. cum pridie, Deus^(g), parcius scriberem atque rarius, nunquam te hiscentem, ut verbo tuo utar, audivi: quidnam nunc est quod litteris meis oppressum hiscere
20 non posse te dicis? nisi hoc velis, quod id facere iam non potes^(h) quod, cum pridem posses, facere⁽ⁱ⁾ nolebas. sed ad id qui-

Bologna,
11 aprile 1389 (?)
Dichiarandosi soddisfatto dalle lettere dell'amico, Ugo gli ha messo in mano l'arme che gli occorreva.

Oramai ne raddoppierà il numero e dedicherà tutto il suo tempo a carteggiare con lui.

(a) BC Vale, anime mee dimidium. Padue P dopo dimidium aggiunge alteramque partem possidens (b) BPC Go om. Faciatum (c) BPC Go Padue P ianuarii BPC Go 1380 Gu senza data. (d) BP Eiusdem ad Ugonem de Ferrara C D. Ugoni de Ferrara (e) P superfluet vel athomus ma athomus espunto da seconda mano. (f) intendendum essem (?) ma espunto in P (g) P om. Deus (h) BPC quod facere non possis (i) P om. facere

(1) Toccando di questa parola in una nota alla presente, il Combi congetturava trattarsi di uno scherzo, quasi avesse il V. voluto chiamare se stesso un « giardino falciato »; onde egli proponeva la lezione « falciatum ». Altre emendazioni sarebbero « face-

« tum » e « fasciatum »; ma indubbiamente il V. scriveva « Faciatum » (v. tavola II), e giova far un richiamo alle voci faicia, fayssia, e fascia nel Glossarium del DUCANGE, parole che hanno il significato di un appezzamento di terreno o di orto (verziere).